



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma absoluendi pr[a]edictos à sententia excommunicationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

esse, & cauendum est, ne illi superbia efferantur, & magis peccent, ac in grauiore errore incidant. quia mobrem priusquam ad has angustias, & difficultates perueniantur, conari debent Inquisitores salubrius monitionibus eos commouere ab obediendum et parendum mandatis Ecclesie, & raro censeo agendum cum ipsis imperiose.

Meminerint Inquisitores de imbelles esse, ac ege re secularium magistratum auxilio, quorum propterea amicitiam & benevolentiam debent sibi conciliare. Ceterum cum ad has tandem ventum est calamitates, ut illi obedire renuant, et propterea sint puniendi, tutius est inferioribus inquisitoribus, ut superiores consulant, ut generales inquisitores, summoque Pontifice statuam quid in tam graui causa agendum esse videatur.

Atque hoc est maxime obseruandum in liberis ciuitatibus, in quibus & principes & magistratus nullum dicunt se recognoscere superiorē: in his enim raro poterunt Inquisitores suam omnem iurisdictionem exercere: secus in illis, in quibus minores magistratus superiores recognoscunt, & illi fidei ardent fauent. in his enim haec penitentia, de quibus hic Emericus, iniungi poterunt, quas & nos quandoque imponi vidimus.

Tam qua ratione procedi debeat contra dominos temporales, qui nolunt Inquisitoribus obedire, traditur copiose in rescripto Innocentij IIII. incipiente: Ad extirpanda. Et docent breuiter Simancas de cath. instit. tit. 23. nu. 8. & 9. & Repertorium Inquisitorum verborum dominus & alij.

Forma absoluendi predictos a sententia excommunicationis.

Nam dicti excommunicati flectentes genua iurabunt stare mandatis Ecclesie: & post statim dicetur per Inquisitorē & alios ibi praesentes Psalmus: Misere mei Deus. vel: Deus misereatur. vel aliquis alius. Quo dicto, dicetur Kyriel. Chrifteil. Kyriel. Pater noster. Et ne nos, &c.

Saluos fac seruos tuos.
Deus meus sperantes in te.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo. Oremus.
PRÆTINDE Domine famulis tuis dexteram caelestis auxiliij, ut te toto corde perquirat, & quae digne postulant, assequantur.
Praesta, quaesumus domine, his famulis tuis dignum penitentiae fructum, ut Ecclesiae tuae sanctae ac cuius obedientia deuiauerant delinquendo, domino tuae gratiae reformentur, per Christum dominum nostrum.

Et addat Inquisitor:
Et nos auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, absoluius vos, & vestrum quemlibet a sententia excommunicationis maioris, qua fueratis per nos legitime innodati, pro eo quod contumaciter reuolueratis ad nostri requisitionē praestare canonicum iuramentum, de sancta Ecclesia defendenda contra hereticam prauitatem:

A & restituius vos & quemlibet vestrum sacramētis Ecclesie. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Et dicitur eis sic: Vos iurastis stare mandatis Ecclesiae, & nos mandamus vobis sub virtute iuramenti per vos praestiti, quatenus pro penitentia salutari vos singulis dieb. Dominicis faciatis hoc vel illud. Iniungetur eis penitentia salutaris prout honori fidei videtur melius expedire.

Quibus absolutis, mandabitur predictis rectoribus Ecclesiarum; qui eos excommunicatos denuntiauerunt, quatenus eos de cetero habeant pro absolutis; nec deinceps hac de causa eos vitent, nec faciāt ab alijs vitari: sed potius eos ad diuina admittant, & admittere faciant, prout ante per litteras tenoris sequentis.

COMMENT. VII.

Iam dicti excommunicati flectentes genua iurabunt stare mandatis Ecclesiae. Valde prudenter Emericus hoc loco regulis iuris semper haeret, admonet, qui fieri debeat ab absolvente, & sit praestandum ab absoluto, ut beneficium absolutiois impendatur.

Primum ergo est, ut qui absoluendus est, antequam beneficium absolutiois consequatur, iurando promittat, se subiturum & facturum eā penitentiam, quam Ecclesia, seu iudex Ecclesiae nomine sibi iniunxerit. potest autem hoc iuramentum bifariam ei per Inquisitorem praescribi. Primo ut dicat ita: Ego iuro me pariturum mandatis Ecclesiae: vel ita: Ego iuro quod stabo, & obediam mandatis tuis. Quod aperta colligitur ex c. ex tenore. de se ten. excom. ibi: Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo iuramento, quod tuo debeat mandato parere, ipsum vice nostra a sententia, qua tenetur, absoluas: haec ibi. Atque hoc postremum fieri posse dixit ibidem Archidiaconus. quae sententia in hoc grauissimo crimine vera est. nec pertimescat qui absoluitur iurare de parendo mandatis iudicis: quoniam iudex non debet sibi postea iniungere iniqua mandata, nec absolutus est obligatus nisi ad inestrationabilia possibilis, & honesta mandata exequenda. argumen. l. si societatem. s. arbitratorum. ff. pro socio. & tradit Hostien. in dicto c. ex tenore. de senten. excommuni. & paulo post dicemus in hoc eodem commentario.

Sed antequam ad cetera progrediar, id quod est scitu dignissimum in hac causa, in primis est indagandum; Quando scilicet requirendum est iuramentum de stando mandatis Ecclesiae ac primum hoc generaliter videtur verum, ab omni redeunte ad Ecclesiae gremium exigendum esse hoc iuramentum, maxime vero ab illis, qui suspensionem haereticam quatenus contraxerunt, & abiurant; cum nulla abiuratio fiat, in qua abiurantes non praestent hoc iuramentum de parendo mandatis Ecclesiae, seu Inquisitoris: nam inter abiurandum praeter cetera profitentur ac spondent se subituros omnem penitentiam, quam pro delictis decreuerint Inquisitores iniungere. Ad haec, obseruandum est, eos qui circa fidem delinquant, bifariam posse Ecclesiam offendere, primo,

¹⁹ Quod ex diebus visum fuerit mandetur illis.

²⁰ Curet inquisitor ut pronuntietur absoluti.

Nym. 18.

Iuramentum de parendo mandatis ecclesie praestandum ab eo qui absoluitur.

Iuramentum de stando mandatis Ecclesie quando exigendum.

primo, male solum credendo, ac etiam hareses enul-
gando: secundo, cum prater malā credentiam, alia
quoque facinora adiungunt, vt si ecclesias combu-
rant: imagines deleant, catholicos interficiant, &
his similia perpetrent. Si primo modo delinquant,
& reuertantur priusquam ab excommunicatione ab-
solvantur, potest Inquisitor si vult exigere ab ipso
redcunte non modo iuramentum de parendo man-
datis Ecclesia, verum etiam cautionem & fideius-
sores sub pœna pecuniaria de parendo mandatis, &
pœnam exigere si non pareat. Zanchinus tract. de
hæret. cap. 16. nu. 9. ver. poterit insuper. & Reper-
torium Inquisitorum verbo, cautio. §. cautio, & p.
evidentius probatur per rescriptum Innocentij
IIII. incipiens: Cum per nostras: relatu inter lit-
teras Apostolicas in fine huius operis. sed in ter-
minis hoc cauit Alexander III. rescripto incipiē-
te: Super extirpatione quod Zanchinus, & Reper-
torium præcitatis locis tribuunt Innocentio IIII.
tametsi eius etiam esse potuerit.

A pecunia-
rijs peniten-
tijs quatenus
abstinendum.

At quamvis hic possint Inquisitores, honestius
tamen est ab huiusmodi recipiendis cautionibus sub
pœna pecuniaria abstinere, ne quid potius auaritiæ
occasione, quam religionis amore facere videantur
vt monuit valde salubriter concilium Narbonense
c. 19. in hæc verba: Ab huiusmodi enim pecunia
rijs penitentibus, & exactionibus vobis est absti-
nendum pariter & parcendum propter vestri or-
dinis honestatem. hæc ibi.

Non tamē ambigo interdū tutissime hoc fieri pos-
se, præsertim cum illi qui reuertuntur auari sunt et
tenaces, qui facile a peccato abstinere, ne pœnā
pecuniariam, ad quam se obligauerunt, soluant: quod
etiā videtur monuisse concilium Narbonense c. 13.
ibi: Ab ipsi talibus ac tantis exactis securitatibus
præter iuratoriā cautionem, quod timore pœnæ
temporalis, ab excessu simili debeant coerceri.
hæc ibi. Quod explicat erudite Zanchinus tract. de
hæreticis c. 19. dum docet quando possint Inquisito-
res pœnas incidere pecuniarias.

Abfoluendas
pœnæ dāni da-
ri reparatio-
nē si potest.

Quod si secundo modo deliquerunt, de stricta iu-
ris ratione non prius videntur recipiendi, nec absol-
uendi, quam præstiterint sufficientem damni dari
valorē, & reparationē, iuxta proprias facultates.
c. porro & c. parochianos. de sent. exco. ibi. Eos mo-
nere debes ac inducere, vt ijs quos læserunt con-
grue satisfaciant. & ibi: Ipsosque faciatis sicut
excommunicatos archieps euitari, donec læsis con-
grue satisfaciant. Tradunt ibi Panormitanus, &
alii communiter. & Syluester copiose in verbo, ab-
solutio. 3. nu. 3.

Si vero statim præstare non potest illati damni
reparationem vel ob inopiam, vel ob alias causas
data cautione idonea, pignoratitia videlicet, aut fi-
deiusforia de satisfaciendo vbi poterit, aut peruene-
rit ad pinguiorem substantiā, erit absoluedus. c. Odo-
ardus. de solu. c. ex parte. el primero de verbo. si-
gnif. si autem idoneam cautionem præstare nequi-
uerit, fortassis ob inopiam: tunc iuratoriā exhibe-
bit, & absoluetur. argumento c. si presbyter. 26. q.
6. atque hæc quidem præstanda videntur a redeun-
tibus ad Ecclesiæ gremium: quamvis aliquādo, vel
ob contritionem vehementem, humilitatem, lachry-

A m is, vel ob alias causas remitti multa possunt pe-
nitentibus & condonari, quæ ab arbitrio prudentis
Inquisitoris relinquuntur.

b Et post statim dicitur per Inquisitorem, &
alios ibi presentes Plasmus, &c.] Hoc est ali-
rum quod exigitur ad absoluedum excommunica-
tum redeuntem, nempe, vt ab eo qui habet potestatem
absoluetur, præmissa oratione Dominica, & alijs cō-
suetis orationibus; addita solita & vsitata absol-
utionis formula, de qua hic Elymericus. adde Gra-
tianum in c. cum aliquis. 11. q. 3. eleganter Bar-
chardus lib. 11. decretorum. c. 8. ex quo totus hic lo-
cus lumen accipiet. & c. a nobis. el secundo. circa
finem, de sent. exco. ibi: Absolutionis autem for-
ma seruetur, vt fiat cum pœnitentiā psalmo,
etiam oratione Dominica, quam alia consueti.
hæc ibi.

Quod vero Inquisitores hodie vbi que laudabili-
ter obseruant, dum absoluedos redeuntes, quos virgine
molliter percutiunt, quamuis nullo iure cautū esse
videatur, quod ego sciam; id tamen obseruant Ho-
stien. & alij in dicto c. a nobis. & Syluester in
sum. verbo, absolutio. 3. nu. 4. & alij, quod & ser-
uandum est.

c Et dicitur eis sic: Vos iurastis stare manda-
tis Ecclesiæ, & nos mandamus vobis, &c.] Hoc
est postremum, quod excommunicato iam absol-
uto iniungitur, nempe id, ad quod se per iuramentum
obligauit de parendo Ecclesiæ, vel Inquisitori
mandatis.

In his autē mandatis iniungendis multa sunt di-
ligenter obseruanda, sed hoc est præcipuum, ne iniusta
et irrationabilia, aut probabiliter loquendo, impos-
sibilia mandent: nā ab his posset iuste absolutus ap-
pellare. c. vlt. de pacis. c. vt debitis. de appellatio.
tradit Syluester, verbo, absolutio. 2. nu. 4. versu.
quartum est, vt absoluedus, nam qui sic iurat, nō ad-
stringitur nisi ad iustum mandatum. argumento c.
causam q. de electio. & c. veniens. de iur. iur. in
quo valde prudens debet esse Inquisitor, ne manda-
ta penitentem perturbent, atque in desperationem
potius, quam humilitatem et penitentiam inducāt.
quod facile præstabit, si iuxta qualitatem delicti et
delinquentis, penitentias iniungat: ita vt seui non
indicat ieiunia, aut peregrinationes: nec pauperi co-
piosas elemosynas, aut similia peragat, quæ peni-
tus dissentanea iudicentur.

illa autē mandata æquissima sunt censenda quæ
aduersantur ei delicto, quod penitēs commisit, ut ei
qui prædicatio male dixerat de fide, iniungatur quod
publice eam laudet, vt dixi supra parte 2. super
c. inter sollicitudinē. §. præcipias insup. Et qui nolue-
rat ieiunare, orare, aut diuina officia audire, vt ieu-
net, oret, audiat: quæ medicina morbo debet esse con-
traria. de quo singularis extat Zanchini doctrina
tract. de hæret. c. 20. nu. 2. & Repertoriij Inquisi-
torij verbo, penitentiā. quod etiam docuit apertissime Ro-
manus Pontifex in dicto c. ex tenore. de senten. ex-
com. vbi ei qui manus violentas in clericum conse-
cerat, præcipitur, ne amplius cōiiciat in hæc verba:
Sibi; in virtute iuramenti præcipias, nec de ce-
tero in clericū, monachum, vel alicuius religio-
nis Cōuersum, manus iniiciat violentas. hæc ibi.
Sed

Sed & alia quoque poterunt imponi, qua magis vtilis, & honori fidei apta iudicabuntur: quod arbitrio Inquisitorum est relinquendum.

Forma denunciandi prefatos officiales absolutos ab excommunicatione.

Rater N. ordinis, &c. Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis talibus talium Ecclesiarum rectoribus, seu cura animarum gerentibus, Salutem & mandatis nostris, &c.

Vobis, & cuilibet vestrum notum facimus per presentes, quod tales, quos de mandato nostro, immo verius Apostolico, denunciastis publice fore per nos excommunicationis vinculo innodatos, ac euitatis, & euitari fecistis merito ut decebat, pro eo quia nolebant iurare coram nobis, quatenus Ecclesiam Dei defenderent contra haereticam prauitatem, absoluimus ab excommunicationis praefate contra eos sententias per nos latis, pro eo quia (ut debebant) mandatis nostris antefatis humiliter paruereunt: ac ut requisiti fuerant defendere Ecclesiam bona fide, & iuxta posse suum, ad sancta Dei quatuor Euangelia iurauerunt: ideo vobis dicimus & mandamus, quatenus eos de cetero non vitetis, nec faciatis ab alijs euitari. Datum, & cetera.

Si autem per duos, aut tres menses talem sententiam excommunicationis in causa fidei sustinuerint animo indurato, aggrauentur processus, & mandetur denunciari excommunicati publice in Ecclesijs antedictis, & hoc accensis candelis in terram proiectis, vel in aqua extinctis, & campanis pulsatis semel, vel pluries in hebdomada, seu in die: & hoc per litteras tenoris sequentis.

Forma litterarum aggrauidi praedictos, cum candelis extinctis, & campanis pulsatis.

Rater N. &c. ordinis praedicti &c. Venerabilibus, & dilectis in Christo nobis, curatis talis Ecclesiae, seu curam animarum gerentibus in eadem, Salutem, & mandatis nostris, &c. ut prius.

CVM Crescente contumacia, crescere debeat ipsa pena secundum canonica instituta: & nos frater N. Inquisitor praefatus, talē & talem, seu tales, eorum contumacia exigente excommunicauerimus, & excommunicatos vobis mandauerimus denunciare in causa fidei orthodoxae, pro eo quia recusarunt de defendenda Ecclesia contra haereticam prauitatem praestare canonicum iuramentum: & tales per vos de nostro mandato excommunicati, denuntiationi fuerunt per menses tot, nec

parere voluerunt, nec velint nostris praefatis monitis ac mandatis, immo verius Apostolicis, & contumaciter sustinuerint per dictos menses & in praesentiarum sustineant animo pertinaci: Ideo vobis & cuilibet vestrum in virtute sanctae obedientiae praecipimus & mandamus, quatenus continuando dictam iniunctam vobis per vos denuntiationem de praefatis excommunicatis, eosdem excōcitos denunciando, candelas ardentes vobis habentes, in terram proieciatis, seu in aqua, vel alias coram populo extinguatis, & campanas pulsatis, seu pulsare faciatis ab alijs quolibet die semel: & tandiu praecipimus auctoritate Apostolica vos facere supradicta, quouisque a nobis oppositum habueritis in mandatis, &c. Datum, &c.

Si autem propter praedictas denuntiationes resisterint a contumacia antedicta, & praesisterint praefatum canonicum iuramentum in forma antedicta, absoluantur a dicta excommunicatione, iniuncta eis duriori quam prius penitentia arbitraria saluari: in qua penitentia adiungatur semper aliquid, quod directe cedat ad honorem fidei Christianae.

Ubi autem nec sic voluerint resilire a contumacia antefata, sed sustinuerint dictas excōcitates, & denuntiationes cum candelis extinctis, & campanis pulsatis, per aliquos menses, poterunt aggrauari processus, & excōcitari cum sibi participantibus aliquibus, de magis visum fuerit, per formam tenoris sequentis.

Forma excōmunicandi participantem cum praedictis rectoribus ciuitatum, vel locorum.

Rater N. ordinis Praedicatorum, Inquisitor, &c. Venerabilibus dilectis nobis curatis, talis Ecclesiae, &c. Salutem, & mandatis nostris, &c.

Cū participare cum leprosis plurimū sit damnosum, & excōcicati praesertim in causa fidei, moraliter sint leprosi sic, ut ad se accedentes damnabiliter inficiant, & corrumpant, propter quod ut vere leprosi ardeantur, & merito a consortio hominum elongantur: ideo vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, praecipimus, quatenus in vestris Ecclesijs dū Missarū solennia celebrantur, & populi in eis fuerit multitudo, tali & tali, seu talibus, generaliter omnibus praecipiat, mādētis, & moneatis canonicē, vno proterno edicto, quatenus non participant comedendo, bibendo, pertractando, colloquendo, seu alias praedictis talibus. Vicario, Subvicario, Balliuo, &c. alias sciant se excōcitationis vinculo innodatos: quam excommunicationis sententiam in eos ut in contumaces, si contra fecerint, Nos frater N. Inquisitor praefatus, illorum contumacia exigente ferimus in his scriptis: absolutiones a dictis sententijs, si forsan incurrerint, nobis vel domino Papae solummodo referuantes. Datum, &c.

Quib. denuntiationibus factis, si cōsenserint praestare canonicū iuramentū, praesertim in forma superius explicata, & absoluantur a sententia excōmunicacionis.

† vide c. deat 11. q. 3.

24. Resilientes a contumacia absoluantur.

25. Contra obstinatos vltimū procedendum excōcicando participantē cum eis.

26

Leuit. c. 13.

27. Et supponendo loca quibus praesentur interdicto.